

9326.

1781, 19.

EXERCITATIO IVRIDICA

QVAEDAM

DE RESTITVTIONE IN INTEGRVM
EX CAPITE ABSENTIAE

CONTINENS

QVAM

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS AVCTORITATE

P R A E S I D E

D. FRID. GOTTLIEB ZOLLERO

COD. P. P. O. ECCLES. CATHEDR. MERSER. CAPITVL. CVRIAЕ
IN PROVINCIA SVPREM. ADSESSORE, FACVLT. IVRID. SENIORE
ET ACADEM. DECЕMV.

I N A VDITORIO ICTORVM

A. D. XX. NOVEMB. MDCCCLXXXI.

PVBLINE DEFENDET

CASPAR FRIDERICVS BEHR

LEISNICENSIS.

LIPSIAE

EX OFFICINA LŒPERIA

EXERCITATIO IURIDICA

GAETIANA

DE RECONCILIATIONE IN INTEGRUM

EX CAUTE ABSINTHE

GOTTFRIED

EXASTRATEGIOLYM ORBIS ASTRORUM

FATIGATOR

D FRIID GOTTHAA ZOELLER

CON RIO ECCLIE GATHENH. MIZZI C. P. L. G. G.

IN ALDIO TOTIO C. G. O. M.

V. D. 17. 17. 17. 17. 17. 17. 17. 17.

T. V. V. V. V. V. V. V. V. V.

CASPIA LIBRARIA DE THEA

EXISTIMABILIA

LIPSIAE

EX OCEANICO LIBRARI

alioz. responsum est quodcumq; de lege dicitur. Et
ALIUS. Vnde etiam si iure Romano
193. obliquo non possit esse actiones, quae
obligationem non possunt esse, id est quae
non possunt esse actiones, non possunt esse
obligationes. Non enim possunt esse actiones
obligationes, non enim possunt esse obliga-
tiones, non enim possunt esse actiones.

QVAEDAM

DE RESTITVTIONE IN INTEGRVM

EX

CAPITE ABSENTIAE.

Rigorosum sane erat, et cum aequitate minime conueniebat, si stricto iure romano actiones, ad quas intellectus et voluntas vel nunquam concurrit, vel etiam si accedat, non omnino libera est, easdem fere producebant obligationes, quas actiones, quae deliberato animo et praevia consultaione suscipiuntur, producunt. Hinc igitur Praetores, ex eorum adiuuandi, supplendi atque corrigendi iuris ciuilis potestate, ius strictum mutabant in naturale et aequum, atque subueniebant illis, qui vel decepti calliditate aliorum, vel alia ex causa sine sua culpa ius suum vel rem aliquam stricto iure amiserant, beneficio restitutionis in integrum. Quam quidem restitutionem

A 2 prae-

praetoriam, quia ad rem causamque reparandam tendit,
 IVLIVS PAVLVS *Ictus in Receptis Sent.* Lib. I. Tit. VII. §. i.
 definit: rei vel causae redintegrandae actionem. Inter
 illos vero, qui in iure restitutionis in integrum beneficio
 gaudent, non solum locum sibi vindicant aetate minores,
 sed etiam maioribus, iisque minoribus qui ob iustam cau-
 sam pro maioribus habentur, ut sunt qui veniam aetatis
 imperarunt, in integrum restitutio, si grauiter laesi sunt, non
 denegatur. Est tamen discrimen inter restitutionem, quae
 minori et hanc quae datur maiori. Minores enim pro-
 pter vnam quamque laesionem, quae remedio ordinario
 reparari non potest, in integrum restituuntur, et quia so-
 lummodo ad minoris aetatis imbecillitatem respicitur, im-
 munes ab omni culpa praesumuntur. Verum ad resti-
 tuendum maiorem XXV annis necesse est aliam iustum et
 legibus determinatam causam accedere. Talis causa etiam
 est absentia, de qua pauca in medium proferre constitui.
 Te vero B. L. cupio rogatum, ut quae pro exiguis, qui-
 bus instructus sum, viribus sin hac scriptiuncula exposui,
 queaque forsan expectationi Tuae non plane respondent,
 mihi benigne velis condonare.

§. II.

Ad rem ipsam antequam me accingam, quaedam de
 notione et divisione absentiae mihi adiicere licet. Scili-
 cet de absentia hic sermo est illa, qua quis absit ab eo
 loco, in quo aliquid in eius praeiudicium agitur; sive ut
 verbis legis *v.g. D. de V. S. vtar:* absens est is, qui non
 est in eo loco, in quo petitur. Quapropter etiam
 fictione

fictione Praetorum nonnulli praesentes pro absentibus habentur, qui quamvis absint, tamen non in eo loco vbi petuntur, esse, et ius suum exercere possunt, e. g. carcere inclusi. Diuiditur absentia secundum SORTIAM ODDVM de Restitut. in integr. part. I. qu. 5. art. 7. n. 43. quem plures alii sequuntur, in ordinariam et extraordinariam. Postea extraordinaria subdividitur in necessariam et voluntariam, utraque vero in laudabilem, vituperabilem et indifferentem. Si autem de his subdivisionibus dicendum quod res est, existimo, tot distinctionibus non esse opus; tota enim absentiae materia absoluti potest in causa restitutionis in integrum illa extraordinaria absentia, qua quis abest a loco vbi consueto more viuere solet, et quae vel voluntaria vel necessaria est.

§. III.

Tantum vero abest, ut omnia exempla, quae huc trahi possint, de absentia voluntaria et necessaria in medium proferam, cum vel sic metuendum foret, ne copia obruaratur definitus huius scriptiunculae ambitus, ut potius caeteris missis quorundam tantummodo mentionem faciam. Nimurum sub numero eorum, qui ex necessaria causa absunt, imprimis reipublicae causa absentes comprehenduntur. Ex publica causa absunt legati, qui reipublicae negotia expedunt, *I. i. C. ex quibus causis mai.* minime vero tales legati, qui *L. 14. D. de legation.* libera legatione et sui commodi causa absunt. Huiusmodi enim legationes suscipiebant senatores, qui rerumpriuarum causa in provincias proficiisci necesse habebant, ut sub ea muneris publici

VI

specie negotia sua, salua dignitate, possent expedire. Porro publica ex causa abesse intelliguntur, qui prouincis praesunt eorumque comites, L. 32. D. ex quibus causis mai. milites, qui sunt sub signis, L. 45. D. ex quibus causis mai. L. 8. C. de restit. milit. et eorum officiales, v. c. medici, L. 33. §. 2. D. ex quibus caus. mai. denique etiam mulieres quae cum maritis reipublicae causa absentibus sunt peregrinatae. Tit. C. de vxor. milit. Qui vero omnes, simul ac illud officium publicum non amplius gerunt et data opera tardius reuertuntur, reipublicae causa abesse desinunt. Habetur tamen ratio humanitatis, si, infirmitate, aut aliis sonericis causis impediti, reversionem continuare non potuerunt. L. 38. D. ex quibus causis. mai. Illi etiam qui studiorum causa absunt, necessario abesse dici possunt; cum enim studiorum causa sit publica intuitu futurae utilitatis, propter utilitatem publicam igiturque ex publica causa absunt. Avrb. Habita C. ne filius pro pare. L. 28. D. ex quibus caus. mai. Denique aliquando mercatores ad absentes reipublicae causa referuntur, quando nimirum annonam in ciuitatem ex iussu superioris important. L. 5. §. 3. de iure immunitatis. Caeterum ex necessaria causa absunt etiam illi, qui vel inuiti in aliis regionibus vitam agunt, vel quamvis in loco domicilii sint, tamen carcere inclusi tenentur, L. 9. D. ex quibus causis mai. porro hostium potestate detenti aut alio casu fortuito impediti. L. 1. §. 9. D. de itinere actuque priuato. Omnes vero, qui sui commodi causa locum domicilii derelinquent, qui ex metu iniusto ob delictum commissum ex ciuitate aut carcere aufugiant, ex voluntaria causa absunt.

§. IV.

§. IV.

Per absentiam laesis Praetor suo edicto restitutionem in integrum promittit. *L. i. D. ex quibus causis mai.* Ratio huius edicti consistit in aequitate, quia iniquum videtur, ut illi, quibus nulla culpa vel negligentia potest imputari, rebus suis iure stricto propter absentiam per usucaptionem et praescriptionem priuentur. Non minus huius edicti praetorii iustitia ex eo etiam satis luculenter confirmari potest, quod secundum iuris naturalis praecepta nulla usucaptionum et praescriptionum ratio habeatur, atque adeo fieri non possit, ut quis ob solum temporis lapsum iuriuum suorum, quibus nunquam misit nuncium, intuitu deterioris fiat conditionis. Quod attinet ad natales restitutionis in integrum ex capite absentiae, certi aliquid definire non potest. Auctore tamen *io. GOTTL. HEINECCIO v.c.* in *Antiquitaribus Rom. ad Inst.* Lib. I. Tit. XXIII. §. 7. not. d. Praetorem iam saeculo ab U. C. sexto hoc ius condidisse, non sine omni ratione affirmare possumus. Adiuuatque scilicet haec opinio loco *TERENTII in Phormione Act. II. Scen. 4.* vbi verba quae sequuntur haud obscure innuant in restitutionem in integrum a patre *Demiphone* ex capite absentiae petendam:

mibi

*Sic hoc videtur: quod te absento hic filius
Egit, restitui in integrum aequum est et bonum,
Et id impetrabis. —*

§. V.

Omnis restitutio, et sic quoque illa ex capite absentiae, peti potest per modum exceptionis aequa ac per modum *suit*

VIII

actionis. Actio, cuius auctor fuit quidam Praetor Publicius, de-
citur rescitoria, quia per hanc negotium stricti juris rigore
validum, in quo quis per absentiam laesus est, rescinditur.
Quae quidem actio triplici in casu locum habere potest. Ni-
mirum vel absens contra praesentem restitutionem petit, vel
praefens contra absentem, vel absens contra absentem. Nam
vero Praetor maioribus XXV annis non succurrit, nisi pro-
pter absentiam iustum laesi et ab omni culpa immunes sint.
Iustas quasdam absentiae causas Praetor suo edicto recensuit,
sed, cum omnes omnino exprimere non vellent, generali-
mem huic edicto addidit clausulam: *Si qua alia mibi iusta causa,*
scilicet absentiae, esse videbitur, in integrum restituam.
Quam clausulam quatenus generaliter accipiatur. *ICTUS*
VLPIANVS L. 26. §. 8. D. ex quibus causis mai. verbis fina-
libus ita interpretatur, vt, quotiescumque quis ex nec-
sitate non ex voluntate absuit, ei sit subueniendum. Non
enim adeo vniuersalis est haec clausula, quin restricta po-
tius ad absentiam eiusque iustas causas in vniuersum, uti
sentit DOMPIERRE DE IONQUIERES, in specimine de
restit. in integr. quia alias nullum negotium toto iure ciui-
li esset tam firmum, quod non per hanc clausulam posset
rescindi. Accedit et ista ratio, quod, si propter igno-
ranciam esset restitutioni locus, nunquam praescriptio
procederet, quis enim sciens pateretur res usucapi; prae-
terea si ex qualibet iusta causa maior restitueretur, quid
inter hunc et minorem interesset?

§. VI.

Diximus antea requiri etiam ad restitutionem pro-
pter absentiam immunitatem ab omni omnino culpa. Cul-
pa

pa vero haud vacat, qui 1) ad procuratorem in absentia sua constituendum obligatus, nullum constituit, vel 2) procuratorem ab altera parte constitutum aut negotiorum gestorem ad praefrandam sufficientem cautionem paratum, quem conuenire potuisset, non conuenit, vel 3) procuratorem minus idoneum et negligentem constituit. Quae quum ita sint, et ex lege 26. §. fin. D. ex quibus caus. mai. luculenter pateat, restitutione subueniendum esse omnibus qui reipublicae causa absunt, siue relinquenter procuratores siue non, et generaliter omnes qui necessitate, non vero voluntate, absunt restitu posse, sequentes defendi possunt regulae;

I) Absentes ex alia necessaria causa, quam publica, tunc demum restituuntur, si ante discessum procuratorem inuenire non potuerunt. Si autem procuratorem relinquere potuissent et non fecerunt, vel quidem fecerunt, sed minus diligentem constituerunt, non restituuntur.

II) Praesens contra absentem, ex qualicunque causa absens fuerit, restituitur, L. 21. pr. et §. 1. D. ex quibus causis mai. si absens nullum reliquerit procuratorem nullusque adfuerit absentis negotiorum gestor vel defensor idoneus. L. 21. §. 2. 3. et L. 22. D. ex quibus causis mai. Nisi quain autem conceditur restitutio praesenti contra absentem, si absens procuratorem constituerit, L. 30. D. de quibus causis mai. vel idoneus se obtulerit negotiorum gestor, L. 26. §. 1. de min. quia praesentis culpa fuit, quod procuratorem et defensorem non in ius vocauerit. Quum igitur praesens contra absentem restituatur qualiscunque etiam fuerit absentia, sequitur eum etiam contra tales restitu-

B dum

dum esse, qui vel qualibet tergiuersatione et solertia efficit,
ut cum ipso agi nequeat, *L. 24. D. de quibus caus. mai.* vel
absque dolo sui copiam facere non potest. Sic e. g. re-
stitutio locum haber, quando non fuit copia iudicis pro-
pter hostiles tumultus tempore iustitii. *C. 10. X. de pre-
scriptionibus. conf. BERGERI OECON. L. II. Tit. III. Thes.
34. not. 16. ex edit. ILL. WINCKLERI.*

III) Absens qui contra absentem restitutionem petit
L. 46. D. ex quibus causis mai. vel constituit procuratorem,
vel non. Illo in casu per procuratorem fuit praefens atque
ita res omnis reddit ad ea, quae in reg. II. diximus. Poste-
riori in casu distinguendum est inter illum qui reipublicae
causa, *L. 46. D. ex quibus caus. mai.* et illum, qui ex alia
necessaria causa absfuit; prior enim contra absentem resti-
tuendus est, etiamsi nullum reliquerit procuratorem, alter
vero non, quia fuit in culpa, nam obligatus erat ad pro-
curatorem constituendum. His, quae huiusque proposui
de restitutione absentis contra absentem, obstarre quidem
videtur regula iuris: priuilegiatus contra aequo priuilegia-
tum priuilegio suo vti non potest, sed salua res est. Non
enim sola absentia est causa priuilegii, sed absentia cum lae-
sione, igiturque absens laesus, non vero laedens, est priui-
legiatus.

§. VII.

Qui per absentiam laesus, restitutione in integrum
sibi vult consulere, eam inter legitimum tempus petat ne-
cessere est, quod iure antiquo erat annum *L. I. §. 1. D. de qui-
bus caus. mai.* hodie vero vitroque iure quadriennale con-
tinuum,

tinuum. *L. vii. C. de temp. in integr. rest. Clement. vnic. de restit.* Quod quidem quadriennium non currit immediata die laesioris, sed potius a die scientiae, quo ad restituendi notitiam laesio peruenit. Videtur quidem *cit. Clement. un. de restit.* diem laesioris pro initio quadriennii assignare, sed hoc de eo casu intelligendum est, si fortasse dies laesioris et scientiae coincident.

§. VIII.

An supersit adhuc usus restitutionis in integrum, quae competit praesenti contra absentem in causa praescriptionis, post *leg. 2. C. de annal. except.* non conueniunt iuris romani cultores. Arridet mihi tamen *v. c. HEINECCI* atque *BERGERI* opinio, qui hanc restitutionem exoletam quidem, non plane vero sublatam esse putant, siquidem pinguior est adhuc restitutio, quae praescriptionem plane rescindit, quam per hanc legem introducta protestatio, quae praescriptionem tantum interrupit. Contrariam sententiam tenet *BACHOV.* ad *TREVTT. Vol. II. disp. II. Tb. 17. litt. a.* cuius ratio in regula posita videtur: vbi datur remedium ordinarium, extraordinarium non habet locum. Cum igitur *Iustinianus I. 2. Cod. de annal. except.* praesenti generaliter succurrat, ut cesset praescritio, si denunciationem et libelli porrectionem in qua contra cursum praescriptionis protestatus fuerit, obtulerit iudicio, quid opus est, ut prouocemus ad Praetorem, eius enim beneficium datur tantum in subsidium, quoties nempe ius ciuile aequitatem non defendit, sed eam penitus negligit. Sed omisit forsitan *BACHOV.* regulam actionum, quam le-

B 2

ges

ges non solum statuunt, sed etiam sequuntur. Quoties-
cunque nempe duas competunt actiones, bene est distin-
guendum, vtrum diuersum habeant finem, nec ne. Si
prius cumulative competit. His praesuppositis fiat ap-
PLICATIO, *Lex 2. C. de annal. except.* competit ad interrum-
pendam praescriptionem si eadem nondum est perfecta, ast
remedium Praetoris, ad praescriptionem quae iam est
perfecta, rursus resciendam.

§. IX.

Discrepantium tamen aliquam inter ius ciuile rom. et
inter ius modernum deprehendo ratione belli. Qui
enim bello impeditus iure romano ius suum persequi non
poterat, contra vincacionis cursum ipso iure non erat
tutus, *L. 18. C. de post lim.* sed opus habebat restituzione
in integrum. Hodie vero ipso iure tutus est, nec resti-
tutionis remedio opus habet, qui propter bellum ius
suum exigere non potest, propter expressam R. I. N.
§. 172. dispositionem.

Leipzig, Diss., 1781

ULB Halle
005 361 443

3



9326.
1381, 19.

EXERCITATIO IVRIDICA

QVAEDAM

DE RESTITVTIONE IN INTEGRVM
EX CAPITE ABSENTIAE

C O N T I N E N S

Q V A M

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS AVCTORITATE

P R A E S I D E

D. FRID. GOTTLIEB ZOLLERO

COD. P. P. O. ECCLES. CATHEDR. MERSEB. CAPITVL. CVRIAЕ
IN PROVINCIA SVPREM. ADSESSORE, FACVLT. IVRID. SENIORE
ET ACADEM. DECEMV.

I N A V D I T O R I O I C T O R V M

A. D. XX. NOVEMB. MDCCCLXXXI.

P V B L I C E D E F E N D E T

C A S P A R F R I D E R I C V S B E H R

L E I S N I C E N S I S .

L I P S I A E

E X O F F I C I N A L O E P E R I A

B.I.G.

